Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

De Missa sicca nuncupata. c. 46

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

ſtri Jeſu Chriſti excepta: in qua quilibet ſacerdos alias ad celebrandum diſpoſitus pōt tres miſſas celebrare: quod facturus ēt non debet in prima ⁊ ſecunda miſſa ſe purificare, aut ablutionem digitorum ſumere: ſed eam in aliquod vas mundum reponere, ⁊ eam poſt purificationem tertie miſſe ſumere. Qui autē eadem die plures miſſas celebraturus, in prima vel ſecunda miſſa ſe purificauerit, aut ablutionem ſumpſerit, non debet illa die alterius celebrare. Preterea ſacerdos in die Natiuitatis predicte duas vel tres miſſas ēt ſine aliqua intermiſſione celebraturus, debet ante quamlibet miſſarum huiuſmodi dicere confeſſionem. ⁊ in fine cuiuſlibet populo benedicere: ⁊ poſt primam ⁊ ſecundam miſſas hmōi dicere euangelium ſancti Joannis. **In principio erat verbum, ⁊c.** Et omnia alia facere ⁊ dicere, purificatione omiſſa, vt prefertur, que in alijs miſſis dicerū, in quibus vna tantum miſſa celebratur, dicuntur ⁊ fiunt. Poſt tertiaʒ vero miſſam loco dicti Euangelij ſancti Joannis, dēt dici euangelium ſecundum Mattheum. **Cum natus eſſet Jeſus ⁊c.** quod habetur in miſſa diei Epiphanie Domini.

De miſſa ſicca nuncupata. Cap. 46.

SUnt ⁊ alij ſacerdotes, qui in quadrageſima, vel alijs diebus in quibus due miſſe ſpeciales hñt, vcʒ vna de feſto, ⁊ alia de dñica, vel feria, celebrata altera earum, aliam pro deuotione ſua legunt, abſqʒ ɔſecratione: quod fieri licet hoc ordine. Data benedictione poſt miſſam celebrataʒ, ⁊ euangelio ſancti Joannis lecto, celebrans deponit caſulaʒ: ⁊ oībus alijs paramētis retentis, ſtās in cornu epiſtole, verſus ad altare detecto capite, legit abſolute ex miſſali introitum alterius miſſe, **Gloria in excelſis deo.** Si illud in prima miſſa non dixit, ⁊ ſecunde miſſe conueniat: aliquin ipſum pretermittit. Idem obſeruat de **Credo in vnum deum!** Subiungit abſolute pretermiſſis. ℣. **Dñs vobiſcum,** ⁊ **Oremus,** Orationem, epiſtolaʒ, Graduale, Alleluia, vel Tractum, Euangeliuʒ quod incipit **Sequentia** vel **Initium ſancti Euangelij,** pretermiſſo ℣. **Dñs vobiſcum.** Offertorium. Communionem. Et ſimiliter omiſſis ℣. **Dñs vobiſcū,** ⁊ **Oremus,** Abſolute ſubiungit poſtcōionem, omnia intelligibili voce legens: ⁊ ſic ibi abſque alia cerimonia officium ipſum terminat. Cum dicit ſecrete, ſeu competenti voce Aſiam

Trium

Trium puerorum ꝛc. Deponit omnia paramenta, prout ſuperius poſt miſſam ordinariam dictum eſt.

De eadẽ miſſa ſicca in mari ꝛ fluminib. celebrari ſolita. C. 47.

In loco fluctuanti, vt in mari ꝛ fluminibus celebrare non licet alicui. Cõſueuit tñ in mari, pro populorũ deuotione abſqꝫ ꝯſecratione miſſa (quã ſiccã vocant) dici per ſacerdotem hoc ordine. In loco nauis eccleſiola nuncupato, parata eſt mẽſa, ſupra quam ponitur mappa munda, et non benedicta: ꝛ in medio partis poſterioris eiuſdẽ menſe crux, ac hinc ꝛ inde in cornibus poſterioribus ipſius menſe duo candelabra cũ duabus candelis ardentibus collocantur: vbi ſacerdos miſſã huiõi dicturus, añ dictam menſã ſtans, accipit ſuperpelliceũ, ꝛ de ſup ſtolã ab humeris dependentẽ: quã tranſuerſat ante pectus per modũ crucis: ꝛ cingulo eam firmat. Vel ſm alios, oĩbus paramentis ſacerdotalibus induitur ordine ſuperius dato, omiſſa ſola planeta, ſiue caſula, qua non vtit. Sicqꝫ paratus ſtans ante menſã ꝑdictam facit cõfeſſionem cũ his, qui interſunt dicens. In nomine patris, ꝛ filij, ꝛ ſpiritus ſancti. Introibo ꝛc. Prout ſupra in principio miſſe, vſqꝫ ad orationem Oramus te domine, vt per merita ꝛc. excluſiue: aſcendit ad menſam ꝑdictam: cõmiſſo illius oſculo, ſtãs in cornu epiſtole legit introitũ, miſſe Kyrieleiſ. Gloria in excelſis Deo ſi eſt dicendum. Dñs vobiſcũ non vertendo ſe ad populum. Oremus, ꝛ orationem ordinariam. Deinde ſi placet, ꝛ diei ꝯueniat, facit vnam vel duas cõmemorationes: legit Epiſtolã, Graduale, Alleluia, ſi eſt dicendum, vel tractũ: portat librũ ad Cornu Euãgelij: dicit in medio menſe Mũda ꝛc. Dñs ſit in corde ꝛc. deinde ante librum, Dñs vobiſcũ, Sequentia ꝛc. ſignando librũ ꝛ ſe in fronte, ore ꝛ pectore: finito Euangelio oſculatur textũ: dicit Credo, ſi dies ꝛ officium requirit: Dominus vobiſcũ non vertendo ſe ad populum, Oremus Offertorium, Prefationem, Sanctus ꝛc. Oremus ꝑceptis ſalutaribus moniti ꝛc. Pater nr̃. Agnus dei, dat oſculum pacis, ſi alias officio illius diei quod legit conueniat: reuertitur cum libro ad cornu Epiſtole, dicit cõionem in eodẽ loco Dñs vobiſcum non vertendo ſe ad populum, Poſt cõionẽ, ꝛ cõmemorationes, ſi prius fecit ibidẽ, Dñs vobiſcũ, vt prius: Ite miſſa eſt, vel Bñdicamus, prout conuenit, aut

Requie-